MONUMENTA
GERMANIAE.

haber in collo? Dux cum hac; cui ille: 'Amicus
noster est, cui iuravi, quod eum non lederem, sed
animam landgravii ostenderem'; ille vero statim
amoto coperculo igneo, cui insedit, et tuba
enea puteo inmissa tam ~~valde~~ valide bucinavit,
ut clerico videretur totus mundus tremere;
post horam, ut ei videbatur, nimis longa puteo
eructuante flammas sulphureas, landgravius
inter scintillas ascendentes simul et ipse ascendit
et se ad videndum clerico prebuit, dicens: 'Ecce
presens sum miser ille landgravius, quondam
dominus tuus, et utinam numquam natus
fuissem!' Cui clericus: 'Domine mi, missus
sum a filio vestro, ut ei dicerem de statu
vestro, si aliquo modo iuvari potestis.' Cui ille:
'Statum meum bene vidistis, scire tamen
debes, quod, si filii mei possessiones ecclesiarum
redderent, quas michi iniuste usurpavi, mag-
num anime mee remedium facerent.' Cui
clericus: 'Domine, non credent michi.' At ille
dixit sibi signum, quod nemo nisi ipse et filii
noverunt, et immersus puteo; demon clericum
reduxit, qui licet vitam non perdiderit, tamen palli-
dus et languidus rediit, ut vix cognosceretur;
verba patris retulit, signum ostendit, sed mo-
dicum illi profuit, quia possessiones non reddi-
derunt; et ille clericus relictis omnibus Ci-
sterciensis monachus factus est.

Anno Domini M°CXXXII.° V° Idus Novembris Cr. S. Petri c.
fundata est Porta claustrum.

Wenck cap. 18.

operculo

tremere oder timere oder tremere contremere C.
omnes

d) sic C; sulphureas.

viditis C.
d) serie
e) post superim.

e) sic C; omnis.
f) sic B.C.

~~1) Cf. add. huius codicis ad excerpta Chron. S. Petri~~